

25 JULY 1969 MOSCOW COMMUNIST PARTY

HISPANIA DAMIANI A GOBS, EQVITIS LVSITANI.

卷之三

LOVANII

Excudebat Rutgerus Rescius Anno-

M. D. XLII.

CLARISSI MO EQVITI ERVDITIO.

NE ET HUMANITATE INSIGNI

D. DAMIANO A GOES PE,
TRVS NANNIVS S.

P. D.

LIBELLVM Tuum amplissime Da
miane, eo animo accepi, ut si mihi ingens
thesaurus oblatus fuisset, nec alacrior, nec hila
rior esse potuisssem. Sunt mihi a te alia præcla
ra munera, sed nequaquam pari honore æstis
manda, cum illa tantum modo precij magni
tudine, dignitatem habeant, iste de ingenij tui
præstantia uenerationem mercatur. Admira
bilis ibi ordo, singulæq; res in suas classes di
stributæ sunt, quam rationem scribendi maxi
me uidetur Suetonius adamasse. Habent in
tuo libro singula suam peculiarem stationem,
hic Regnorum vires, illic Episcoporum & Sa
traparum opes describuntur. Habent suum ca
atalogum Sancti Hispani, habent viri eruditii,
Duces quoq; bello clari in sua a te legitima a
cie constituti sunt. Habet merces sua fora, quas
Hispania uel accipit, uel donat. Deniq; antipo
dum munera, quæ duplii ratiõe Hispanorum
sunt,

DAMIANVS AGOES E.
ques Lusitanus, Petro Nannio Latia-
no apud Louaniū Professori,
dignissimo, amicorum non
uulgari, S. D.

CV M sepenumero rerum Hispanicarum
Cmentio inter nos amantissime Nanni in-
cidisset, multis argumētis cognoui te nondum
īisdem faciatum, ampliorem earum noticiam
e scriptis nostris expectare. Quamobrē opta-
tis tuis parētes, hæc tali lege tibi cu-
dere uoluimus, ut si artiferint, le-
gas, amicisq; tuis huiusmodi
rerum noticiam cupien-
tibus communices,
si minus Vulca
no tradas.
Vale.

HISPANIAE
CVIVS NOMINA, VARII
VARIIS NOMINIBVS AMPLE
Auntur, hæc sequens est amplitudo,
potentia, ubertasque.

DE Eius situ, latitudine, longitudine, atque poli eleuat ione, cum id satis inter cosmographos cōstet, nihil hic dicturi sumus, ea autem, quæ ratiōra sunt, explicabimus.

Nec etiam id tacituri, quod antiqui scriptores testatum olim reliquerunt, eam adhuc auri, argenti, cupri, stanni, plumbi, ferri, omniumq; metallorum fodinis abundare, necnon argenti uiui, sale quoq; uberrimam esse.

De frugibus non est, quod multum discepitur, cuin omnino seca x uini, olei, mellis, lacris, frumenti, fructuumq; omnium sit.

Quod si aliquando te Diuo. Iacobo. Compostellano uotis peregrinationis obstrinxeris, uelim diligenter eorum uinorum quæ ab odo re, colore, sapore commendantur, delectum habeas, quo non tantum meis scriptis, sed palato tuo credas.

Primum, quod nobilius habetur, Sancti Martini dicitur. Secundum, quod huic cedere